F. K 62. Andr. Moller
31
X 2054950
Z c 7031

DECANUS CO

L.

Quum Medicina à viris præcell
& in ſummo honore ſemper habita fuerit, ta
gacem, obſervantiâ pariter & benevolentiâ ſummò comp
quos ſuo merito antecellit Vir Clariſſ. atq; Literatiſſimus
ctor, & Hebrææ linguæ Lector Ordinarius, nunc Poliater
quùm, Academiam Lipſienſem celeberrimam ingreſſus in
lectoribus Publicis aſſiduâ frequentatione & . . . & reli
innoteſceret & commilitonibus prælucebat. Inprimis lit
luit. & propterea à Viri Cl. quondam Dn. Johann. Siegfried Philosophiæ &
ne & contubernio ita eſt delectatus, ut eo per biennium ferè integrum præ alio quocu
matum tandem celeberrimam una cum diſcipulo Patrius Francofurtano excurriſſet & eſt
reverſus eſt. Eſt vero ob hæc tempore Patrius Vir Reverendus & Doctiſſimus, ver
ga paterna prementem, idem ſacri ſtudii genus amplexari, in quo ipſe magnò Eccleſiæ
iſtius feciſſet hæc ad profeſſionem . . . cauſſas deeſſent haud vulgares, quia tamen, ut

Naturæ ſegni . . .

Medicæ partem Naturæ inſiſt . . . parte . . . & inſtigationibus ſingularibus à Theol
tempore natura cum aliis, tum inprimis Medicinæ Doctoribus Dn. Sigismundo S
pulis Aphoriſmos Hippocratis ipſe ſua domi privatim enarranti, ad hæc Cathe
cum induſtriæ ſingularis laude omnes admiratione . . . Philoſophorum, porrò & H
riò & ipſi cum exercitationibus Medicis conjunxerit, id verò complures eruditi
etiam typis excuſa . . . loquuntur . . . Nam quid de hoc dicemus, q
Anno 1620. ſummò cum applauſu & congratulatione ordinis Philoſophici diſtincta co
honoribus & promotione dignum oſtenderit. Ac ne dubium eſt nullum (verba ſu
ſuiſſet almæ ſuæ Matri, Academiæ, quin ipſi ornamento ſingulari ſcholaſticæ pub
mundurorum evocatus, & Lectioni linguæ Hebrææ quæ à multis annis ibi ordinaria
docuit, . . . aliquot ſcriptis editis apud viros doctos famam & nominis celebritatem
ita ſe exercuit, ut omnium calculis mereretur, & à Clariſſimis & Laudatiſſimis Viris
tiſſimè nobis probavit, examini . . . conveniens, quæ ſupremum in arte medica gradum
verimus, in quem honores & bravia doctoralia conferantur. Impoſuit autem ipſi C
gravitatiſſimæ & utiliſſimæ publicè habendam. Ad quam panegyrin in auditorio Theolog
Vir Experientiſſimus & Excellentiſſimus, Dn. Zacharias Brendel, Medicinæ
bili Magnificus Dn. Rector, & omnes omnium Ordinum Profeſſores, Nobiliſſim
vembr. 1637.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-81341-p0001-0

F. K. 62.

IV, 441

DECANUS COLLEGII MEDICI
L. S. & O.

QUum Medicina à viris præcellentisſimis non ſolùm adamata, ſed etiam exculta,
& in ſummo honore ſemper habita fuerit, tanquam res utiliſſima, & maximè neceſſaria, quâ homines carere nullo modo
queant, obſervantiâ pariter & benevolentiâ omninò complectendi ſunt illi, qui ſtudio Medico benè volunt, & eidem operam navant & impendũt ſedulã. Inter
quos ſuo merito antecellit Vir Clariſſ. atq; Literatiſſimus Dn. M. ANDREAS MÖLLERUS, Poeta Laureatus Cæſareus, Gymnaſii Fribergenſis hactenus ProRe-
ctor, & Hebrææ linguæ Lector Ordinarius, nunc Poliater ibidem celeberrimus, qui poſtquam ANNO CHRISTI poſt milleſimum & ſexcenteſimum decimo
quinto, Academiam Lipſienſem celeberrimam ingreſſus, inibiq; matriculæ jus, dicto juramento, conſecutus eſſet, nihil prius habuit aut antiquius, quàm ut Pro-
feſſoribus Publicis aſſiduâ frequentatione lectionum & reliquorũ Exercitiorum Academicorum, nec non inculpatæ vitæ probitate & modeſtiâ magis magisq;
innoteſceret & commilitonibus præluceret. Inprimis literas Græcas & Latinas unà cum orientalibus lingvis, naturæ ſingulari propenſione diligenter exco-
luit, & propterea Viri CL. quondam Dn. JOHANN. SIGLICII PHILOSOPHIÆ & MEDICINÆ D. & Profeſſoris Academici, Græcas literas ad miraculum usque docti converſatio-
ne & contubernio ita eſt delectatus, ut eô per biennium ferè integrum præ alio quocunq; uteretur. Cumq; hoc elapſô Francofurtum ad Mœnum atq; inde in Heidelbergenſem Acade-
miam itidem celeberrimam una cum diſcipulô, Patritiô Francofurtanô excurriſſet, poſt ibi exactum ſemeſtre, non LIPSIAM prius, quam ad ſuum illud priſtinum Muſéum Siglicianum
reverſus eſt. Etſi verò obnixè cuperet PARENS Vir Reverendus & Doctiſſimus, verbi Divini apud Pegavienſes præco & Miniſter fideliſſimus ac benè meritus, ſuum hunc filium, veſti-
gia paterna prementem, idem ſacri ſtudii genus amplexari, in quô ipſe magnô Eccleſiæ CHRISTI bonò honoratè conſenuerat: Etſi inſuper progreſſus in hoc genere non contemnendos
filius feciſſet, nec ad proſequendum occaſiones deeſſent haud vulgares: quia tamen, ut in proverbio dicitur,

Naturæ ſequitur ſemina quisq; ſuæ.

idcirco partim Naturæ inſtinctu, partim hortatu & inſtigationibus Siglicianis à Theologico ſenſim ad Jatricum ſeu Medicum deflexit, aurium operâ in ipſô Academiæ aditu, & totô poſtea
tempore navata cum aliis, tùm inprimis Medicinæ Doctoribus Dn. SIGISMUNDO SCHILLINGIO, Medicæ Facultatis Decano, & deinde ſæpè laudato SIGLICIO ſelectis aliquot diſci-
pulis Aphoriſmos HIPPOCRATIS inter alia domi privatim enarranti, adhæc Cathedrâ Medicâ ſub præſidio Sigliciano publicè conſcenſa & Reſpondentis partibus in ſe ſuſceptis, &
cum induſtriæ ſingularis laude obitis adminiſtratisque. Philoſophorum porrò & Humaniorum ſtudiorum penſa quàm ſtrenuè urſerit, & nexu æquè jucundo & amabili quàm neceſſa-
riò & utili cum exercitationibus Medicis conjunxerit, id verò complures eruditæ ipſius & diſputationes & declamationes de diverſis materiis & argumentis publicæ habitæ, quædam
etiam typis excuſæ, ita loquuntur, ut non opus ſit verbis. Nam quid de hoc dicemus, quod poſt impetratum utrumq; gradum Philoſophicum, primum Anno 1618. alterum & ſupremum
Anno 1620. ſummô cum applauſu & congratulatione ordinis Philoſophici diſtincta collegia Hebræa, Logica, Phyſicaq; diſcentibus aperuerit, ſeq; non his modò, ſed amplioribus quoque
honoribus & promotione dignum oſtenderit. Ac ſanè dubium eſt nullum (verba ſunt Teſtimonii à Lipſienſe celeberrimâ communicati) ſi diutius adhæreſcere & quaſi coaleſcere vo-
luiſſet almæ ſuæ Matri, dictæ Academiæ, quin ipſi ornamento ſingulari, ſcholaſticæ pubi eximio bono futurus fuiſſet. Verum deſtinabat ei Deus aliam Spartam. Fribergam enim Her-
mundurorum evocatus, & Lectioni lingvæ Hebrææ, quæ à multis annis ibi ordinaria fuit, ſimulq; ProRectoris officio præpoſitus, ſumma cum laude hactenus non ſolùm publicè ibidem
docuit, & aliquot ſcriptis editis apud viros doctos famam & nominis celebritatem ſibi conciliavit inſignem, ſed etiam in medicâ praxi Deo proſperante & ſucceſſum felicem largiente,
ita ſe exercuit, ut omnium calculum mereretur, & à Clariſſimis & Laudatiſſimis Viris plurimum nobis commendatus fuerit, velut etiam eruditionem ſuam profundam & ſolidam cumula-
tiſſimè nobis probavit in examinibus conſvetis, quæ, ſupremum in arte medica gradum, conſilio & voluntate Fautorum, exambiens, apud nos ſuſtinere voluit, ut digniſſimum eum judica-
verimus, in quem honores & brabea doctoralia conferantur. Impoſuit autem ipſi Collegium noſtrum pro more diſſertationem aliquam inauguralem de *Contagio peſtilente, materiâ ſanè
graviſſimâ & utiliſſimâ* publicè habendam. Ad quam panegyrin in auditoriô Theologorum Majori, prædictum Dn. M. ANDREAM MOLLERUM producet 28. IXbr. H. nonâ Matutinâ
Vir Experientiſſimus & Excellentiſſimus Dn. ZACHARIAS BRENDEL, Medicinæ Doctor & Profeſſor Publicus, Collega noſter honorandus. Hanc ut præſentia ſua Magnifica & ama-
bili Magnificus Dn. Rector, & omnes omnium Ordinum Profeſſores, Nobiliſſima itidem & Florentiſſima juventus cohoneſtare velint, oro & obteſtor. P. P. Jenæ 26. No-
vembr. 1631.

Literis Weidnerianis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-81341-p0002-5

Zc 7031 R

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-81341-p0003-1

IV. 441

OLLEGII MEDICI [illegible]
S. & O.

lentiſsimis non ſol [illegible] etiam exculta,
anquam res utiliſſima, & ma [illegible]
plectendi ſunt illi, qui ſtudio Medic [illegible] nes carere nullo modo
Dn. M. Andreas Môllerus, Po [illegible] ant & impendūt ſedulā. Inter
ibidem celeberrimus, qui poſtqua [illegible] Fribergenſis hactenus ProRe-
nibiq; matriculæ jus, dicto jurament [illegible] m & ſexcenteſimum decimo
liquorū Exercitiorum Academicor [illegible] t aut antiquius, quàm ut Pro-
eras Græcas & Latinas unà cum orie [illegible] e & modeſtiâ magis magisq;
Medicinæ D. & Profeſſoris Aca [illegible] ropenſione diligenter exco-
inq; uteretur. Cumq; hoc elapſô Fr [illegible] m usque docti converſatio-
ſt ibi exactum ſemeſtre, non Lipsia [illegible] n Heidelbergenſem Acade-
bi Divini apud Pegavienſes præco & [illegible] num Muſéum Siglicianum
Christi bonò honoratè conſenu [illegible] us, ſuum hunc filium, veſti-
t in proverbio dicitur, [illegible] genere non contemnendo:

r ſemina quisq; ſua.

ogico ſenſim ad Jatricum ſeu Medic [illegible]
chillingio, Medicæ Facultatis D [illegible] ademiæ aditu, & totô poſtea
drâ Medicâ ſub præſidio Sigliciano p [illegible] icio ſelectis aliquot diſci-
maniorum ſtudiorum penſa quàm ſ [illegible] partibus in ſe ſuſceptis, &
ſius & diſputationes & declamation [illegible] o & amabili quâm neceſſa-
uod poſt impetratum utrumq; gradu [illegible] publicæ habitæ, quædam
llegia Hebræa, Logica, Phyſicaq; diſ [illegible] 618. alterum & ſupremum
nt Teſtimonii à Lipſienſe celeberrim [illegible] lò, ſed amplioribus quoque
i eximio bono futurus fuiſſet. Ver [illegible] ere & quaſi coaleſcere vo-
it, ſimulq; ProRectoris officio præp [illegible] n. Fribergam enim Her-
u conſiliavit inſignem, ſed etiam in n [illegible] non ſolùm publicè ibidem
lurimum nobis commendatus fuerit [illegible] ceſſum felicem largiente,
, conſilio & voluntate Fautorum, exa [illegible] undam & ſolidam cumula-
llegium noſtrum pro more diſſertati [illegible] digniſſimum eum judica-
orum Majori, prædictum Dn. M. An [illegible] *agio peſtilente, materiâ ſanè*
Doctor & Profeſſor Publicus, Colleg [illegible] 8. IXbr. H. nonâ Matutinâ
itidem & Florentiſſima juventus c [illegible] ntia ſua Magnifica & ama-
[illegible] P. P. Jenæ 26. No-

[illegible] *ris Weidnerianis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-81341-p0004-6